

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Mêmê mayan ha-yeshûah mayim tselôlîm Sive De Puritate Fontium Ebræorum,  
Speciatim Ex Libro Josuæ Probata Dissertatio Philologica Tertia**

Stadæ: Litteris Ehlerianis, [1726?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn86218715X>

Druck    Freier  Zugang






~~BB~~ 112.

112.

Fa - 1092 (112)





בָּנָת  
מִתְּפַעַן הַשׁוֹעָה מֵיטַלְוִית  
SIVE DE  
**PURITATE FON-**  
**TIUM EBRÆORUM**  
SPECIATIM  
**EX LIBRO JOSUÆ PROBATA**  
DISSERTATIO PHILOLOGICA TERTIA  
QUAM  
DIVINIS AUSPICIIS  
PRAESIDE  
**M. ANDR. CONR. WERNER**  
GOTHANO GYMNASII RECTORE  
IN GYMNASIO STADENSI  
AD DIEM 3. APRIL. 1726.  
PLACIDO COMMILITONUM EXA-  
MINI SUBMITTIT  
ET  
SIMUL ULTIMUM VALE MUSIS PATRIIS HELMSTA-  
DIUM PETITURUS DICIT  
**JOHANNES FRIDERICUS ADLER**  
ZEVENA BREMENSIS  
S. S. THEOL. CULTOR  
STADÆ LITTERIS FILERIANIS

MAGNIFICO SUMME REVERENDO  
ATQUE EXCELLENTISSIMO  
LUCAE  
BACMEISTERO  
GENERALI - SUPERINTENDENTI  
ET  
CONSILIARIO ECCLESIASTICO  
IN DUGATIBUS BREMENSI ET M.  
VERDensi  
LITTERARUM ELEGANTIORUM MAECENATI  
VITÆQUE SANCTIORIS CULTURA  
IN PRIMIS DEDITO  
VERE THEOLOGO  
ANTIQUO MORE FIDE AC PIETATE  
- QUIDQUID EST UMIT HERTMANNI  
D. D. D.  
JOHANNES BREMENS ADLER  
DEVOTISSIMI  
PRÆSES ET RESPONDENS.

SEVERA BREMENS

DE

DE PURITATE FONTIUM EBRÆO-  
RUM SPECIATIM EX LIBRO JOSUÆ  
PROBATA,  
*DISSERTAT. III.*  
CAP. III.

De generis & numeri simul discrepantia,  
quando objectum cum verbo, no-  
mine, & pronomine, in utroque dis-  
crepat.

Jof. 6, 23.

ויבאו הערים המוגלים וויצו אֶת רחֵב וְאֶת  
אבוח ואת אמה וגוו ואת כל אשר לה ואת כל משפטותיה  
: i. e. Tunc venerunt pueri illi exploratores, Eduxerunt Rahabam, patrem matrem, fratresque ejus, omne quod ipsi erat, Omnes ejus familias, eduxerunt Eos extra castra Israelis. Fateor quod mihi necesse non fuerit, hunc positum verborum his annumerare exemplis, quæ in genere & numero ad regulas non satis directa videntur; res enim nota & apud omnes fere per vulgata est, quod, nominibus (a) duobus vel pluribus singularibus (diversi etiam generis) præeuntibus suffixum plurale in genere masculino respondeat: ac præsertim si hic suffixum masc. in וינוּחוּ referas ad præcedens אָחָם & אָבָּה ceu digniora subiecta, verba nihil difficultatis habent. Sed dum omnem dubitationem difficultatem & erroris suspicionem tollere studemus, haec in medium fuerunt proferenda. In primis autem haec perdifficilis explicationis videbatur ratio, quia LXX. Int. suffixum Masc. plural. in וינוּחוּ græce reddiderunt in sing. Fem. οὐκ πατεῖσται αὐτὴν ἐξω τῆς παρεμβολῆς Ἰσραὴλ; ubi αὐτὴν vel ad Rahab, ceu personam primariam, vel ad paulo ante præcedens συγγενεῖς, familiam traxerunt. Ad quam cogitationem & alii dedu-

(a) Conf. D, Danzii Interpr. §. 9. 2.

ci possunt, ut arbitrentur, suffixum Masc. etiam in ebræo textu referri ad vocem **משפחה**, quæ supra posita est, qua cum deinde in genere haud concordat; **קְשָׁפָחוֹת** enim feminum est, utpote ex sing. **מִשְׁפָחָה** derivatum. Sed horum verborum facilis est & prompta defensio; nam est compositio, sensum vocis **משפחה** respiciens, quæ ut pervulgatum est, integrum gentem, vel nationem notat, ut Jer. I, 15. c. X, 25. quam significationem sæpius inculcat R. Sal. ben MELECH (b) in Michlal Jophi. Deinde proprie hac voce familia significatur, quæ sententia in nostro loco sub hac voce subjicienda est. Cum itaque **משפחה** plura significet, licet tamen vocis significacionem eo trahere quo velis; sive enim nationem, sive familiam notet, tam nationem, quam familiam ex multis constare hominibus, cum fortioris, tum sequioris sexus constat: fundamentum autem utriusque sunt mares. Et hoc respectu constructio vocis **fine** dubio fabricata est, quia auctor divino spiritu afflatus non ad formam externam sed vim verbi, i.e. ad mares familiæ fundamentum respectit. Talis profecto cum Masc. verborum constructio Jer. 33, 24. apparet: **שתי משפחות אשר בחור יהוה בהם ומאסם** i.e. duas istas familias, QUOS (tam mares sc. quam feminas) elegerat, Jebova, jam spernit. Quam consecutionem in conjunctione verborum Latini ad syll. "lepsin generis referunt; qua de SANCTIUS (c) loquitur, in syllepsi "generis ad masculinum si inter alia fuerit recurrimus, v.g. quam pri- "dem pater mihi & mater mortui essent. (d)

**יְאַנֵּי וְכֹל הָעֵד אֲשֶׁר אָרוּ נִקְרָב אֶל תְּעוּרָה וְחוּתָּה כִּי יִצְאָו** i.e. ego autem **totus populus qui tecum est, accedemus ad URBEM,** & eveniet quando egredientur obviam nobis, quemadmodum primum, ut fugiamus EOS. Verbum plural. Masc. & pronomen Masc. regit nomen **עָד**, quod a plerisque, qui se philologos & grammaticos profiteatur, feminorum in numero habetur, quo & sæpiissime

(b) ad Jer. I, 3. fol. 109. col. 1. circ fin. et ad I. c. X. fol. 113. col. 4. circ fin. (c) in Minerva p. m. 391. (d) Conf. G. J. Vossius in Arist. libr. de construct. p. m. 319.

me conjungitur cum aliis; unde & a KIMCHIO (e) grammaticorum peritissimo hæc sententia approbatur. Quo posito & omnium fere consensu approbato, consecutio in conjunctione verborum nostrorum non est servata, quia generibus & numeris perturbatur oratio, dicendum enim: כי תִּצְאֵנָה עַיר sequiori tantum genere adhibitat deprehendi; valde mihi videntur errare, nam cum utroque conjungitur, probantibus exemplis: Jol. 15, 32. 41. l.c. v. 21. Jol. 13, 28. it v. 23. c. 11, v. 12. 13. Jon. 1, 2. &c. Sic autem constructio verborum, qua numeris perturbari videtur oratio, in nullam difficultatem incurrit, שׁ enim interdum per metonymiam de incolis urbium sumitur, monente KIMCHIO (f); propterea & hic tali verborum structura ad vim & sensum conformata est oratio. Hoc nobis non modo confirmabunt, sed etiam persuadent verba l. c. v. 7. וְהַוְשָׁתָם אֶת הַעִיר i.e. & expellatis urbem; domos urbis certe nemo potest expellere, sed incolas, hinc sine cuiusquam dubitatione עַיר per metonymiam incolas significat: ad quam sententiam etiam illa, quæ R. S. b. MELECH Judæorum Doctissimus interpres scripsit (g), pertinent. His probe observatis verborum apta & ornata est constructio, & in verbo Masc. צָאֵן ac pronom. Masc. plurali cum Fem. sing. עַיר consecutio egregie servatur, & ita apertissime explicari potest: ego autem totusque populus qui tecum est accedamus ad urbem, & eveniet, quando egredientur עַיר i.e. metonymice, incolæ urbis) ob viam nobis ut antea, ut fugiamus eos (עַיר i.e. meton. incolas urbis.) In eadem sententia posita sunt verba LXX. Interpr. quibus hæc interpretati sunt: οὐδὲν ἡγεμόνες οἱ μετ' ἐμού προσάρχομεν πρὸς τὴν πόλιν, οὐδὲν ὡς ἀνέξελθωσι οἱ κατοικῶντες Γαλιτίσι συναντησόμενοι &c. Eadem ratione etiam Latini voce civitatis utuntur, hinc JUSTINUS (h) civitatem

A 2

tatem

(e) in comment. ad 2. Sam. 17, 13. fol. 349. c. 2. Edit. Buxtorf.

ומה שאמר אותו זכר עיר שודא לשון נקבה אותו אמר

עיר, (f) in libr. rad. ad voc. על מגל שהיה בתר העיר:

ובא עיר בלשון זכר sic autem scribit. י'cia &amp; l.c. in rad.

עיריה עליה כירפוש וערוד עלה נפק כרל אחר ואחר

מעריה ווילקן כי אמר לשון זכר על העם אשר בעיר: כרל

פירוש ארן: (g) in Michl. Jophi ad h.l. fol. 5. n. col. 2. verbis;

וישבי העיר: (h) Libr. 2. c. 12. v. 14.

tatem, recte dixit: non in ædibus, sed in civibus positam esse; Idem (i) tali casu ad vim verborum orationem suam accommodat, dein scribit: ut æternitatem legibus suis daret, jurejurando obligat civitatem, nibil eos de eius legibus mutaturos (k). Et sic quoque Cæsar loquitur (l), apud Helvétios, inquit: Longe nobilissimus, & ditissimus fuit Orgetorix, is M. Messala & M. Pisone Consul, regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit, & civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent. Id facile eis persuasit, &c.

Jos. 9, 18.

וּולנו כָל הָרָה עַל הַנְשִׁיאִים וּגְזָוִים: i. e. *¶ murmure obloquebantur omnis concio principibus*; & simili fere ratione Jos. 22, 12. וַיַּקְרְלוּ כָל עֲרָה וּגְזָוִים, CONGREGATI sunt omnis CONCIO Israelitarum. In ista verborum structura per genus & numerum peccari, & forma orationis in solœcismi speciem cadere videtur, quia *ערָה* genus Femininum, & numerum Sing. habet, verbum autem in Masc. & plurali ponitur. Et certe vocem *ערָה* esse nomen Femin. patet ex Jud. 20, 1. וַתִּקְרֹל הָרָה. Quæ cum ita sint, numerus tam omni solœcismi vitio caret, quoniam *ערָה* ad collectiva nomina pertinet, quæ, ut sèpius monuimus, nunquam fere aliter quam in plurali a scriptoribus dicuntur. Neque genus vitiosum Dici poterit, *ערָה* enim cœtum notat, seu populi totius, tam ex viris quam feminis constantis, concionem. Ad sensum itaque constructio verborum accommodata est, non ad externam formam, ut C. 22, 16. Hæc Latinis quoque sunt permitta, qui Syllepsin per genera & numeros simul appellant, qualis verborum constructio in sequentibus comprehenditur: pars in crucem adi. Et apud STATIUM (m) - - - Subeunt Tegæa iuventus

*Auxilio tardi.*

Conf. VOSSIUS (n) & SANCTIUS (o). Et apud SALLUSTIUM (p): præterea iuventus quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat - - eos

(i) Libr. 3. c. 3. v. 11. (k) conf. etiam libr. 3. c. 4. v. 4. (l) de Bell. Gall. Libr. 1. c. 2. v. 1. (m) libr. 7. Thebaid. v. 6c5. (n) in Arift. de constr. p. m. 395. (o) in Minerva. p. m. 390, (p) Bell. Catil. c. 37. p. m. 103.

eos atque alios omnes malum publicum alebat. TACITUM (q): concionem discedere in manipulos jubet, sic melius audituros. Ac apud eundem TACITUM (r): pars a militibus cas.

Jos. 10, 28.

וְאֵת מִקְרָה לְכֶר יְוֹשֻׁעַ בָּיִס הַהְוָא וַיְכִיה לְפִי חֲרֵב וְאֵת  
מִלְכָה הַחֲרִים אָוֹתָם וְאֵת כָּל הַנֶּפֶש אֲשֶׁר כָּה לֹא הַשְׁאֵיר שְׁרוֹד וְנוּ  
i. e. urbem Makkedam autem occupavit Josua eo ipso die,  
¶ percussit eam acie gladii, ¶ regem eius diris devovit, illos, ¶ omnem animam existentem in ea; non reliquit superstitem. Hic suffixo Masc. plurali אָוֹתָם subjungitur femininum sing. מִקְרָה; erunt itaque qui solœcismi vitium esse in verborum structura putabunt, quia pronomen genus Masc. & numerum plur. habet, sed מִקְרָה cum quo vocabulo conjungitur, Femin. & singularem. Sed observandum, duobus vel pluribus nominibus diversi etiam generis singularibus præeuntibus, suffixum plurale in Masc. respondere (s). Vel etiam suffixum verbi וַיְכִיה exponi debet tanquam ab illo separatum (t); inserta particula בָ, & voce עַר metonymice pro incolis accepta: unde sic de Ebraeo convertere poteris: ¶ urbem Makkedam occupavit Josua eo ipso die, ¶ percussit in ea incolas acie gladii, ¶ regem eius diris devovit, illos (sc. regem, & incolas), ac omnem animam, que erat in ea; non reliquit superstitem. Nisi אָוֹתָם cum sequenti נַפְשׁ verborum constructione ad vim & sensum vocis נַפְשׁ accommodata, & hac collective sumpta, in hunc modum malles conjungere: ¶ regem eius devovit, illos, id est (u) omnes viventes, (sc. homines, נַפְשׁ enim pro toto homine sumitur, Ezech. 18, 20. Ies. 58, 5. Gen. 12, 5. c. 14, 2. c. 17, 14' c. 46, 15. Lev. 2, 1. Psalm 25, 13. &c.) JOH. DRUSIUS putat quidem (w) illos, hic idem esse ac אָוֹתָם cum illis, ad quod autem subjectum pronomen pertineat, non indicavit; hoc modo ita interpretari liceret: Makkedam autem cepit Josua eo ipso die, per-

A 3

cussit

(q) Annal. libr. I. p. 22. Edit. Lips. ex offic. Plantin. (r) Ann. libr. I. c. 30. p.m. 19. (s) conf. Int. D. Danz §. 9. 2. (t) Int. D. Danz. §. 50. VII. coll. §. 172. (u) Ix. §. 149. II. Int. D. Danz. (w) in Annotat. ad Josuam aliasque libr. Bibl. crit. Sacr. adject.

et usque eam acie gladii, & regem eius devovit una cum illis (regibus forsitan supra commémoratis). Quam verbi interpretationem contextus quidem orationis non aspernatur ac respuit, nec insolitum & iniustatum Ebræis, ut iisdem servatis punctis per præpositionem cum exprimant, nam nota sunt exempla: 2 Reg. 22, 24. c. 3, 12. Lev. 15, 18. 24. quo refert etiam R. S. b. MELECH (x) 2 Reg. 3, 11. sed huic explicationi obstat ac officit accentuatio. Quam sententiam nostram consensu suo MASIUS (y) approbavit; illud אָוֹתָם scribit: usurpatur quidem interdum pro אָוֹתָם cum ipsis; estque etiam verborum hic coniunctio per se apertior, si sic accipias. Verum ego sequi malui accentuum interspirationes, atque interpuncta, quos pausantes vocant, segol in verbo חַרְבִּים, & Rebia in illa ipsa particula אָוֹתָם, atque propriam huius notationem conservare. Putavi enim hunc accusandi casum pronominis ipsis, & eum qui sequitur, omnem animam recte εἴπο τοις οὐρανοῖς ut dicunt grammatici, ad verbum חַרְבִּים i. e. anathemate perdidit, referri posse. Debet autem hoc omnem animam de solis hominibus accipi.

## Jof. 12. 16.

משה עבר ויהוה ובנו וישראל הנותן ויתנה משה עבר מלהי הארץ וארץ ירושת וגנו: i.e. Moses servus Jehovah & Israelites percusserunt illos, & dedit eam Moses servus Jehovah in possessionem &c. Erunt forsitan qui in istis vocabulis genere & numero vitium fieri putabunt, quia suffixum nunc in Masculino plurali, nunc aliud in feminino singulari ponitur, atque adeo sequentium ac priorum verborum inconveniens dispositio esse videtur. Veruntamen si adcuratius rem consideres, auctorem S. citra reprehensionem ita loquitum esse, & sic omnia elegantissime & decenter effterri intelligas necesse est; nam suffixum Masc. plural cum regibus terræ conjungitur, de quibus v. 1. hi autem fuerunt reges regionis istius, Sichon rex Aemoreorum &c. quo de v. 2. & Och rex Basan, qui v. 4. nominatim profertur; ac suffixum Fem. singul. ad ארץ, terram refertur, ut v. 1. dicitur: & hi sunt reges terræ istius, quos percusserunt filii Israel, & illorum terram adierunt. Tali modo omnia

(x) in Michl. Jophi ad l. c. fol. 79 col. 4. in fin. (y) In commentario ad h. l.

omnia elegantissime sese habent, atque ita convertunt etiam græce  
LXX. Int. μάνσης ὁ παῖς καρόγησε οἱ γῆι ισραὴλ ἐπαταχαν αὐτὸς, καὶ  
ἐδωκεν αὐτῷ. &c. Quod si auctor libri sanctissimus, quomodo Mo-  
ses reges istos vicerit, brevi confidere voluisse, quemadmodum bre-  
viter proposuit victoriā Josuę, & quomodo iste terras occupaverit  
v. 7. tunc hac ratione verborum nexus collocare potuisse:  
וְאֶלְךָ הָרָץ אֲשֶׁר הָכֹן מִשְׁהָ וּבֶן יִשְׂרָאֵל וְנוּסְחַן מֶרֶךְ חַסְכָּנוּעָג  
מלך הבשן משה ובני ישראל הוכן ונו : atque ita in tali oratio-  
nis structura, quidquid horum verborum alteri debet succedere, huic  
statim esset subiunctum. Sed quia eximiā eorum indicare voluit po-  
tentiam, omnes illis subjectos terræ tractus enumerat, quo lectores  
facilius intelligant, quibus reges isti polluerint viribus: & hæc est cau-  
sa, quare consecutio verborum : וַיְתַחַת & הַכּוֹם ex superioribus  
sit repetenda. Hunc itaque in modum interpretamur: Moses servus  
Jehovæ & filii Israël percusserunt illos (reges Sichon v. 2. & Och v. 4.)  
& dedit eam (ic. ארץ terram v. 1.) Moses servus Jehovæ in posses-  
sionem &c. Huic nostræ paulo ante propositæ sententiaz assentitur  
quoque R. Isaac Abarbanel (z), inter Judæos doctissimus sacrarum lit-  
terarum interpres.

כל יושבי הרים מן הלבנון עד מישרפת מים כל ציידוני ס-  
אנו ארכו אוריישם מפניהם בנים ישראל רק הפללה-  
tors montis a monte Libano, usque ad combustiones aqua-  
rum, omnes Zidomios expellam e conspectu Israelitarum;  
tantum divide eam. &c. Omnia verba, quæ in hoc versu ante-  
cedunt, in Masculino plurali ponuntur, & nihilominus subito ad illa  
suffixum femininum in voce הפללה adjungitur, quamvis nullum ap-  
pareat vocabulum, ad quod satis commode referatur. Sed quando  
ad hanc locutionem non rite accedit, quasi non ad hoc, quasi non ad

(z) in comment. ad prophetas priores ad h. l. fol. 25. col. 3. ab initio  
 וויה ראו שיאמה לבת סוחון מלך חשבון וועג מלך הבשן  
 כמו שעשה במלוכט שאכלה שהבנה יהושע והאמת הוא  
 שרצת להודיע שם הנות שמשה הכה שני מלוכט לבת  
 היו אוטם השניט שקוילים בגין עשרומ מלוכט מאותם  
 שהבנה יהושע ורוח הוכור רבינו ארצתהן וערותם הרבין;

ad supra dicta oculos adjicimus, statim femininum nobis sese offert, quod cum pronomine egregie convenit, nam v. 1. dicitur : **הָרֹץ** **כָּל אֶרְץ** **הַכְּנָעָן** **וְאֶת הָרָץ** **חַנְשָׁרָת** **וְנִשְׁאָרָה** **חַרְבָּה** : v. 2. **וְאֶת הָרָץ** **הַכְּנָעָן** v. 4. **וְאֶת הָרָץ** **חַנְשָׁרָת** v. 5. **וְוְאֶרְץ** **גַּבְּרִיֵּל** ; quæ vox & hic adhibenda hoc sensu : *tantum vide eam (sc terram).* Quod & confirmare videtur RALBAG (a), ecce autem commemorat, inquiens : *Josua ætate iam proiecto, quia multæ regiones remanserant, & ipse propter ætatem bellum cum reliquis regibus gerendum confiscere haud poterat, præceptum esse a Deo, ut has terras distribueret per sortem, haud secus ac si illas iam sub potestatem suam redigissent, novem videlicet tribubus, & dimidiæ Manassæ ; inter duas enim tribus & dimidiæ iam terræ portionem trans Jordanem partiti erant.* In cuius sententiam eunt, MASIUS (b), verbis : *tu modo terram universam sive subactam iam, sive nondum etiam distribuita inter tribus, ut tibi ante hac mandavi.* Et RASCHI (c), ego, scribens : *expellam eos post mortem tuam, &c.* Ac hoc quoque pertinent verba ABARBANELIS (d), *vult dicere : totam terram, tam illam quæ sub iugum missa est, quam quæ nondum est devicta, Israëlitis sorte æqualiter assigna, ut hac ratione deinceps quilibet partem, quæ in portionem ipsi cessit, occupet.*

*Jos. 17, 18.*

: i. e. *וְהִיא לְךָ תַּחֲנוֹן* ; ad

litteram. Maximos video auctores in hac esse opinione, quod nomen **תַּחֲנוֹן** in plurali Fem. semper reperiatur, cum tamen verbum quo cum hic conjungitur, numerum singularem Masc. habeat; atque adeo in hoc orationis contextu, genere non minus, quam numero permutato, auctorem deliquesce facile quidam possent putare. Apud Judæos quidem brevissima est ratio docendi, per hoc loquendi genus veterem sermonis legem non aboleri; dicunt enim, consuetudinem verbi **הִיְהָ**, qua neque in genere neque in numero cum vocibus, ad quas refertur, convenire, vincere, quo minus talem verborum structuram a præceptis recedere dicas, & hanc ad genera loquendi pertinere, quæ Idiotismi vocantur, quæ non vitiosa sed recta sunt.

(a) in comment. ad h. l. fol. 250. col. 1. circa fin. Edit. Buxtorf. in Bibl. (b) in Comment. ad h. l. (c) In comment. ad h. l. f.

הַפְּלָה לִישְׂרָאֵל בְּנַחֲלָה 250. col. 1. in med. Edit. Buxtorf.

(d) וַיְכִרְשֵׁת לְאַחֲרֵי זֶםֶן כָּל שְׁבָט וְשְׁבָט מִתְּשִׁנְפָּל בְּגַדְרָלוֹ : In commentar. ad prophetas priores, fol. 26, col. 1, lin. 12. sqq.

sunt. Sed huic Judæorum de verbo **וְהִי** opinioni nemo accedere poterit, qui argumenta illa quibus hanc S. R. D. DANZIUS refutavit, accurate diligenter & considerate animo suo vult perpendere (e). His itaque reiectis, recte tamen dictum est : **וְהַיְתָ**, *sit termini eius*: rectam enim loquendi rationem reddit illa grammaticorum lex (f): *nota casus obliqui sepe in pronomine non minus, quam prepositione deest*, atque ita verba nostra in hanc sententiam, latine possunt converti: *profecto mons erit tibi, Silva quidem est, sed excindas eam, erit inquam tibi, una cum supplenda enim est ad ductum legis grammat. citata, partic.* ב) *terminis suis, nam expelles Cananeos, quamvis falcatas quadrigas habeant: quia robustus, si propugnaculum, est ille mons.* Et sic fere ABARBANEL doctissimus interpres hæc nostra interpretatus est (g). Deinde non tantum in feminino sic deprehenditur, sed quia est ex sing. **וְהִצְאָה**, formæ **וְהַלְךָ** Chron. 4, 29. **וְהַשְׁבָּה** Ps. 39, 18. **וְהַלְלָה** Ps. 137, 3 (h), habet genus Masc. nam terminaciones **וְהַ** & **וְתָ** non semper lucide genus definiunt & determinant, dum Masculina sepe in terminatione **וְהַ**, & Fem. in terminatione **וְתָ** posita inveniuntur; ut fusius hoc probatum dederunt D. DANZIUS (i), Joh. DRUSIUS (k), R. David, KIMCHI, & ABEN ESRA (l). Tali modo hac compositione: **וְהַצְאָתָה** & **וְהַיְתָ** *sit termini eius*, minime peccatur, quia nomen **וְהַצְאָתָה** distributive sumendum est (m), ut hanc sententiam habeat oratio: *& sit tibi quilibet terminus eius.* Denique huic verborum structuræ & hoc invenies remedium, nam satis nota & pervulgata est illa, quæ apud KIMCHIUM reperitur observatio, quod, quando singularis cum plurali, vel pluralis cum singulari conjungitur, constructio verborum per Schema, s. Figuram prudentissime facta sit, & solœcismi vitio careat; quam etiam apud Cel. D. DANZIUM legimus (n), his ver-

B

bis

- (e) in Diff. sinceritas f. f. V. T. vacillante Keri eluctant. §. X. p. 44.  
sqq. (f) Int. §. 176. (g) In comment. ad prophetas priores,  
fol. 32. col 4. (h) Conf. Paradigmata Nom. venerandi D.  
Danzii, p. m. 83. Form. XXXIX. (i) In Instit. Grammat.  
Ebrææ §. 33. l. 2. obs. 1. (k) Observ. Sacrar. libr. IX. p. m.  
194. [l] In Comment. ad Gen. XI. 3. fol. 36. Col. I. Edit.  
Jabl. in Pent. gloss. Idem l. c. f. 115. Col. I. [m] Conf. §. 80.  
II. Interpr. D. Danzii. [n] Conf. Interpr. D. Danzii §. 83. IV

bis propositam : quando verbum cum nomine in numero discrepat, attenditur ad aliquod nomen ejusdem cum verbo numeri commode subintelligendum. Quod si itaque in nostro verborum positu vocem **גָּבְלָה** terminus, suppleas, in vitium neutiquam incidit oratio, sed priorum ac sequentium inter se conveniens & elegantissima est dispositio, & sic possunt latine converti : & erit tibi terminus finium ejus (sc. montis). Quod eo magis corroboratur, quia v. 9. in eadem verborum structura paulo ante præcessit **גָּבְלָה**, terminus. Quamvis autem c. 18, 12. in verbis Masorethae lectionem **וְהִיוּ תֹצְאָתָהוּ** וְהִיוּ תֹצְאָתָהוּ legantur, & c. 19, 29. in vocibus : his tamen facile possimus carere, si illa, quæ supra proposuimus, in subsidium adhibeantur.

## CAP. IV.

De personarum, eodem tamen manente  
subjecto, mutatione.

**Jos. 5, 1.** **יְהֹוָה כָּשַׁמֵּעַ** כל מלכי הארץ ינו את אשר חוכש יהוה : את מי הירן מפני בני ישראל עד עברנו ינו : i. e. accidit autem, cum audirent omnes reges *Æmorum* Sc. illud quod siccaverit Jehovah aquas Jordani, a conspectu filiorum Israël, usque dum transiremus nos Sc. Quilibet mutationem personarum in his verbis reperiri facile intelliget, nam supra auctor divinus tertia plur. Num. sed statim hic prima plur. in verbo unus usus est ; hinc, si orationem in eadem verborum structura continuata connectere voluisset, עֲבָרֶנוּ dicendum fuisse videretur. Et haec est ratio, quare Masorethæ, ut pro suffixo primæ personæ, suffixum tertiae adhibeatur, præceperint. Verum enim vero supervacaneam esse hanc auctoris Keri observationem, exquisitis rationibus hoc con-

אשר נשבע ו' לאבותם לחת <sup>לנו</sup> i.e. quam (sc. terram) juramento promiserat Deus patribus illorum, se daturum nobis, ob eandam causam pro <sup>לנו</sup> nobis legendum esse <sup>להם</sup> illis, monere debuissent, qua tamen observatione ibi supersederunt. Hæc itaque recte dici probatur, ante omnia monendum duxi, quod personarum mutatio apud Ebræos in eodem membro, eodem manente subiecto (o) sit frequentissima; unde & R. Day. Kimchi memorat (p), hoc esse in lingua sanctæ more institutisque possum, ut aliquem nunc in secunda, nunc in tertia persona alloquatur. LXX. quidem interpres personarum mutationem in textu inventientes, Keri secuti, h. m. græce convertunt: ὅπ απεξίσαντο κύριον τὸν ιορδάνην ποταμὸν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ εν τῷ διαβαίνειν αὐτὸς. i.e. quod arefecerit dominus Jordanem fluvium ante filios Israel, cum transirent illi: & auctor versionis chaldaicæ, qui in eandem sententiam interpretatur, h. m. רַבְנָה מִזְרָחָה כְּנֵת יִשְׂרָאֵל עַד רַעֲבָרוֹן i.e. quod exsiccaverit Jehovah aquas Jordani ante filios Israel, usque dum transferant. Sed sine necessitate hi & B. LUTHERUS in sententiam auctoris Keri discessionem faciunt, auctor enim divino spiritu afflatus, prudentissime pro tertia personæ suffixo, primæ personæ suffixum ponit, quia in isto ipse comprehenditur, tanquam dux ac princeps populi, quibus in aliorum scriptis omnia adscribuntur; militibus certe hostem vincentibus nunquam victoria, sed duci, aut eximum & fortissimum facinus non semper auctori, sed principi, aut primoribus tribuitur. Talis personarum mutatio occurrit etiam Ezech. 32, 32. כי נתתי את חתיתו בארץ חיים in terra viventium: Masorethæ fine dubio ob eandem causam & hic antiquant legendum esse חתית terrorem meum, quia v. 26. dicitur: כתנו: חתיתות posuerunt terrorem suum: ubi suffixum tertia personæ convenit cum verbo ejusdem personæ: proinde ut hic suffixum etiam cum verbo conveniat postulare videntur. Sed horum verborum rationem jam satis eleganter ante nos exposuit R. S. ben Melech (q), Cetib, scribit:

B 2

(o) conf. §. 84. Int. (p) in Comment. ad Pf. V. 7. (q) in Mich. Jophi כתוב בו וקרי ביוור והוא אמר השם ותברך (r) ad h. l. והכתוב רוצה לומר חתית פרעה אני נתתי אותו לא

bit: habet suffixum tertiae personae, Keri autem primae, & sunt verba Dei benedicti; sensus cethib est: terrorem Pharaonis ego effeci, non ob potentiam & fortitudinem illius ortus es; sed τὸς Keri explicatio est: ego posui terrorem meum in terra viventium contra illos, qui terrorem incusserunt. It. Ezech. 31, 18. ad quem locum conf. Kimchi & R.S.b. Melech (r). Porro 2. Sam. 7, 23 de quo verborum positu CL CLERICUS haud inepte scribit (s): (o Israelitæ.) Hoc supplevimus, ut Latinis auribus mutatio subita personæ, que Ebriei frequens est, mollior accidere. Joh. PISCATORI apostrophe hæc nimis dura videbatur, ideoque pro מִתְהַלֵּל malebat legi מִתְהַלֵּל; Sed nihil opus est, frequentes enim in psalmis sunt ejusmodi subita conversiones.

וַיֹּאמֶר יְהוָה וְשָׁם מִאֵל בֵּין כָּסֶף וּמִן הַמְּעָזָב וּמִן  
וַיֹּצְعַק אֶל זֹהַח וְשָׁם מִאֵל בֵּין כָּסֶף וּמִן הַמְּעָזָב וּמִן  
עַלְוָה אֶת חַיִם וּכְבָשׂוֹ וְרָאָנָה עֲנָבָם אֶרְזָה אֲשֶׁר עָשָׂהוּ בְּמִפְרִים  
וַיֹּשֶׁבּוּ וְתַשְׁבּוּ בְּמִרְבּוֹר יְמִים רְבִיסָה :  
¶ clamarunt ad Jehovam, ¶ posuit tenebras inter vos, ¶ inter Aegyptios, ¶ super-  
induxit illis mane illud, quod operauit eos, videruntque oculi  
vestri id quod feci contra Aegyptios: postea mansistis in  
ipso deserto annis (t) multis. In limine statim hujus capituli v. 2. seq.  
Auctor libri ab ipso Dei spiritu ad scribendum impulsus Deum sanctissi-  
mum in prima persona commemorantem induxit, nam v. 3. dixit:  
וְאַתָּה ego Deus acceperis; v. 4. וְאַתָּה & dedi; v. 5. וְאַתָּה & misi; & v. 6.  
וְאַתָּה & eduxi; sed hoc ipso versu 7. ita verba fabricavit: & clamarunt  
(patres vestri, v. 6. memorati) ad Jehovam, qui posuit &c. ubi sane prio-  
rem orationis structuram continuaturo dicendum fuisset: וַיֹּצְעַק אֶל־יְהוָה שְׁמֵתי וְאֶבְיוֹתָה:  
i. e. clamarunt ad me & posui, ac venire feci; idque eo  
magis, quoniam infra in hoc ipso versu prima iterum usus est: שְׁיוֹתִי  
fecit, & sic porro. Quod LXX. Interpr. obseruantes, in hunc modum  
interpretantur: καὶ αὐτοὶ σαμεν πρὸς κυρίου, καὶ εδώκηε φέλην καὶ γνό-

בכח אלו זכנברתו ותקני פירשו כי אני נתתי חתיתו בארץ  
in Michl. Jophi ad l.c. (r) חיים באהם שנחנן חתירין;  
in V. F. translation. & comment, Philolog. p. m, 301. (t)  
conf. D. Dantzig Int, §, 173.

Οὐαὶ μέσον ἡμῶν καὶ ἀνά μέσον τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἐπήγαγεν, ἐπ ἄρ-  
της τὴν Ταλασσαν, παὶ ἐκαλυψεν δύτης, καὶ εἶδοσαν οἱ οφθαλμοὶ ὑμῶν  
οὐαὶ ἐπόισε κύρος ἐν γῇ Αἰγυπτῷ καὶ ἦτε ἐν τῇ ἔρημῳ ἥμεραις πλείσ. i.e.  
invocavimus dominum , qui posuit nubem & tenebras inter nos &  
Ægyptios , & superinduxit illis mare , quod operuit eos : & viderunt  
oculi vestri illa quæ perpetravit Dominus in regione Ægypti : & fuitis  
in deserto dies multos. Quibus verbis vocem tertię plural ויצוּקם &  
clamārunt , in primam plur. mutant : & clamavimus , suffixo בִנְיכֶם inter vos , in primam pluralem etiam converso. His cognitis dupli-  
cem personarum permutationem in his deprehendi reperimus , primo  
dicitur : invocarunt Jehovām (sc patres vestri) , cum tamen in subsequen-  
tibus suffixum 2 dæ personæ adhibeat : qui posuit inter vos : quæ  
ea de causa sic conjungenda fuisse viderentur : וושם בִנְיכֶם , & posuit  
inter illos (sc. patres vestros). Sed hæc non per imprudentiam , sed pru-  
dentissimo consilio ab Auctore facta , omnis vitii specie carent , & ra-  
tionem aliquam habent ; nam secunda persona plurali , respectum ad  
quosdam seniores tunc præsentes , qui (ut hoc ipso versu dicitur ותראנה בַּנָּה : i.e. & viderunt oculi vestri) omnia ista miracula Dei in Ægy-  
pto & alibi edita viderant & aspicerant oculis , habens utitur : ad illos  
se quasi convertit , ut per assensum eorum facilius ad credendum in-  
duceret cæteros , qui quidem oculis suis ipsi illa non adspicerant , sine  
dubio autem acceperant a patribus. Quod & indicare & innuere voluit  
KIMCHIUS , (u) ad v. 6. in quo eadem personarum mutatio depre-  
henditur in verbis : eduxi patres vestros ex Ægypto , & venistis versus mare,  
ita scribens : (venistis versus mare.) Respectu illorum Seniorum , qui mare algo-  
sum transferant (secunda persona utitur) : & ita v. 7. & viderunt oculi vestri ,  
(ubi iterum sic loquitur) , respectu ad eosdem Seniores , tunc temporis adhuc  
in vivis existentes habito. Hos inter etiam Pinehas fuisse perhibetur a R.  
GEDALIA (w) , jam ex eo , scribente : quod ex allegoriciis expositionibus ad-  
duxerat , dudum cognovisti , quod Pinehas unus fuerit ex illis , qui ex Ægypto egressi

כגnder אוטם זקנום שעברו ים סוף וכן (u) in comment. ad h. l. ותראינה עיניכם כגnder אוטם זקנום שהוו עדין בתיו; וככלה (w) יוגעת. 17. fol. 27. col. 4. lin. (x) (y) (z) (w) (v) (u) (t) מה שכתבתי מהחריש שפנח היה מושגא. מארוב ושותה יותר וה שנם: (u) (v) (w) (x) (y) (z) (t) (s) (r) (q)

sunt, quodque ultra trecentos annos vixerit. Deinde quoque in verbis: **וַיֵּצְאֻן אֶל־יְהוָה וַיִּשְׁמַע מֹאֲפָל:** i. e. & clamarunt ad Jehovam, qui posuit tenebras, quia prima persona præcesserat, eodemque versu iterum sequitur: **עֲשִׂיתִי** feci, perlonarum mutatio latere videtur. Veruntamen talis loquendi modus non tantum apud Ebræos, sed etiam alios satis tritus est & peryulgatus, ut (x) pro pronomine cuiuslibet personæ ipsum nomen ponatur, cuius vicem illud subire debebat: proinde hæc eandem sententiam, quam si dixisset: clamarunt ad me, & posui &c. Sic penes Latinos Ovidius de se scribit (y):

Naso Tomitanæ jam non novus incola terræ

Hoc tibi de getico littore mittit opus.

Ah quoties dixi: certe nil turpe docetis.

Idem (z)

Hanc tibi Naso tuus mittit Rufine salutem,

Qui miser est, ulli si suus esse potest.

Reddita confusæ nuper solatia menti

Auxilium nostris spemque tulere malis.

Et ipse Latinorum parens Cicero (a): M. T. Cicero Appio Pulchro (ut spero) censori salutem plurimam dicit. Quod sine causa DORN-MAYERUS reprehendit (b). Proinde nostra, observatis supra dictis, ita latine possunt converti: & clamarunt (sc patres vestri v. 6.) ad me (Juxt. §. 158. Int. D. Danz.) qui (§. 149. III. 1. coll. §. 158.) posui tenebras inter vos (o Seniores tunc una cum cæteris transeuntes mare, & jam coram adstantes) & Ægyptios: induxi (§. 167.) super illos mare, ac operui illos, videruntque oculi vestri (o senes ex illis tunc præsentibus adhuc viventes!) illud quod perpetravi in Ægypto: postea (§. 149. l. 2.) mansistis in deserto per annos (§. 173.) multos.

Jos.

(x) §. Int. 158. (y) Libr. I. de Pont. Eleg. I. v. 1. sqq. (z) I. c.

Eleg. 3. v. 1-4. (a) Libr. 3. Epistol. 19. ad Familiar. (b) in Diss. de vitios. Cicer, imitat. Vorstii libro adject.

## Jos. 24, 9.

**וַיָּקֹם** בלך בן צפור מלך מואב וילחם בישראל וישראל ויקרא לבלעם בן בעור לקלל אתכם: i.e. surrexit autem Balack filius Zippor rex Moabitarum & bellum intulit Israelitis, ac misit aliquem (c), qui (d) advocaret Bileam filium Beor, ut malediceret vobis. Statim v. 2. hujus cap. auctor libri sanctissimus, Deum ut supra jam percepimus, Israelitas ceu præsentes in secunda persona alloquenter induxerat; hic autem eos ceu absentes considerat, dicens: **וַיָּלֶחֶם בִּשְׂרָאֵל** וילחם בישראל i.e. bellum gessit adversus Israelitas, cum tamen ad imitationem verborum: וילחם אתכם: dicendum fuisset: i.e. & in VOS pugnavit. Verum enim vero difficultati huic, partim illa quæ supra attulimus, partim R. S. b. Melech observatio, ad Jer. 3. (e) proposita medebitur, ubi hæc loquendi genera idiotismos vocat, h. e. orationis structuras sæpiissime adhibitas. Ita Mich. I, 2. **שָׁמְעוּ הָעָם** i. e. audite populi omnes illi, rectissime dicitur (f): ut alia loca silentio præteream. Quando autem Balak hic bellum adversus Israelitas gessisse dicitur, hoc verbis Num. XXII. sqq. ubi de bello tantum a Balako agitato & suscepto, non autem gesto agitur, non repugnat, si illam grammaticorum legem observes (g): verbum quod actionem videtur exprimere, sæpe de voluntate vel conatu esse exponentendum. Hinc enim verba latine ita possunt converti: conatus est Balack bellum Israelitis inferre. In quam sententiam pedibus quasi eunt ABARBANEL (h), & MASIUS (i): *jam vero, inquiens: etiam regis Moabitarum Balack mentionem facit, secutus eam narrationis seriem, quæ est in Numeris. Hacque imitatus quoque est vates Michæus C. 6. Nam & is,* cum

(c) §. 79. II. Int. (d) §. 149. III. Int. (e) in Michal Jophi, f. 111c. col. 2. l. 3. sqq. (f) conf. R. S. b. Melech ad l. c. (g) §. 68. Interpr. (h) in comment ad prophetas priores, ad h. l. (i) in comment. ad h. l.

cum Deum sua beneficia ingrato populo exprobrantem inducit, hos regis Balac וarioli Balaam elusos conatus inter alia commemorat: qui conatus bellum vocantur hoc loco. Neque enim usquam memoria proditum est, regem Balac manum cum Israele conseruisse: & VATABLUS: וילון ו praliatus est, scribens: animo sc. ו voluntate.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

# FINIS LIBRI JOSUÆ.











eveniat. Sed ego minas istas ut risi, sic adhuc contemno. verende cum Tuos habeas Lutetiae, qui ad te scribunt, sic ut Pacti Grotiani cum Papistis habere possis collabora. Vale & maturam mortem mecum imprecare.

### Notæ ad Clasicum.

ium Petrus Molinaeus, Sedanensem Theologus, sub nomine Hippo-  
tonis Caracottæ Strigilem evadit. Grotio se se ita opponens.  
Iesus, dissertationem de Antichristo publicavit. Ioannis Coe-  
ani Professoris celeberrimi Commentatio in loca S. S. que de-  
unt, satis mature prodidit. D. Ioannes Hulsemannus, Wittem-  
gessor meritissimus scripta Grotii pro pestilentissimis agnovit,  
ad alios declaravit. Hinc rem novi conaminis, aut exempli  
non melior. Loquitur plurima sui parte pro me Doct. Ma-  
ria discors, & Anti Christus revelatus, in primis parte se-

nomen Luteranorum, cum Nostros adhuc tacere observent, pro-  
formatos, in hac causa admodum sordet. Libelli nomen est ta-  
verat. D. Rivetus, insidiosam clementationem Grotii, super Cae-  
stationem: Grotius interim ubi volebat videri, credi, haberi,  
in omnibus, Vir pacis Ecclesiastice studioissimus: cum revera-  
m Protestantiam effer perversissimus; Matre Papistica, Harle-  
eticorum fatali natus, paedagogo papico subjectis ab eodemque in  
edoctus hinc conjurationis Barnefeldiana reue, particeps, con-  
victus evasit, ac ad perpetuos carcera dannatus fuit. Haec sunt  
iam autem faverrime libertati Ecclesiarum Gallicarum sit in-  
fuso, epistola quadam Gallice, ad se, a Gulielmo Vairio, annis  
castris ad Joannem Angeriacum scripta, manifestavit ipse. Ty-  
aven, Epistolam recusam, publicare primum non audebat, licet il-  
loco molitiouibus Grotii valde opportuno prodisset. Ego autem  
enim toti Belgio confederato notissimum, ita pressi, ut tandem,  
i invitus, eam epistolam Grotii, & seorsim quidem ediderit, quam  
Protestantes, communis causa proditricem agnoscunt. Præterea,  
us Cardinalis Richelius, Conciliationem Religionum, in Gallia  
iuis Gallis persuadere fuit conatus, id ejus modi arcanum fuit

E 3

quod



Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. \_\_\_\_\_